Horatius Flaccus, Quintus; Locher, Jakob [Hrsg.]: Opera

Straßburg, 12.III.1498 [GW 13468] [Sack 1887] 

# Epodon

## Ode. V. in Canidiam veneficam.

pueri verba ad deos.
o b
a T o deorum quicquid in celo regis
Terras & humanum genus
cupit mulcrum furor
Quid iste fert tumultus & quid omnium
nam omnes ille venefice ini/mico animo spectabant
Vultus in vnum me truces.
c
Per liberos te si vocata partubus
legitimis filijs
d e
Lucina veris affuit.
vanum non enim sibi pfuerat
f
Per hoc inane purpure decus precor
.i. vindicaturum. nam humane victime ioue accepte esse non poterant
Per improbaturum hec iouem:
sicut inspicis.
Quid vt nouerca me intueris, aut vti
g
Petita ferro belua.
Vt hec trementi questus ore constitit
hoc est pretexta z aurea bulla.
Insignibus raptis puer
.i. sine pilis scz tale erat
Impube corpus: quale posset impia
demulcere h
Mollire thracum pectora
non longis. i
Canidia breuibus implicata vipers
Crines & incomptum caput]
k
Iubet sepulchris caprificos erutas
luctuosas
l
Iubet cupressos funebres:
m grandis
Et vncta turpis oua rane sanguine.
que nocturno tempore volant
n
Plumamque nocturne strigis.
q in ponto est intelligitur
o
Herbasque quas colchos atque iberia
Mittit venenorum ferax.
Et ossa ab ore rapta ieiune canis
quales medea tractauit apud colchos
Flammis aduri colchicis:

a AT o deorum. Canidia fuerat neapolitana mulier pessima venefica. huius ergo neocramãtiam de puero factam sub nomine canidie vituperat. inducit autem puerum ab illis surreptum. & ad imolationem paratum suas miserias conqueritur & in canidie sociarumque crudelitatẽ inuehitur. loquitur ergo puer. At expauescentis.

b QVICQVID in celo regis. idest o omẽs dii qui regitis terras & humanum genus.

c PER liberos te. Canidiam puer orat iam se capientem.

d LVCINA. Hanc grauide inuocabant quoniam ex actis mẽsibus lucẽ nascentibus iuno prebet vnde appellatur Iuno lucina ab iuuando et luce vt Varro docet. Multa etiam Macrobius libro. vii. scribit.

e VERIS partubus. idest legittimis filiis. vel non fictis partubus. per quod innuit eam vel nõ peperisse. vel ex adulterio concepisse.

f PVRPVRE decus. Pretextã intelligit patriciis enim bulla aurea cũ toga cui purpura pretextebatur vtebantur cordis autem figuram in bulla ante pectus annectebant. vt illam inspicientes se homines cogitarent si corde prestarent Togam vero pretextã ferebãt. vt ex purpure rubore ingenuitatis pudore tegerentur vt scribit Macro. li. i. sat.

g PETITA ferro belua. Leonem intelligit vulneratus enim mira obseruationem percussorem nouit. & in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui tela miserit. sed tamen non vulnerauerit correptum raptumque sternit nec vulnerat auct. Pli. li. viii.

h THRACVM pectora. Sũt enĩ thraces bellicosissimi & crudeles hinc polidorus lib. iii. en. enee ait. heu heu fuge crudeles terras. Mela etiam scribit thraces feroces esse & immites.

i VIPERIS. Vtebatur igitur viperis pro vittis.

k CAPRIFICOS. Est caprificus e siluestri genere ficus nunquam maturescens. eius virtutes sunt plurime. Quarum vna est. quod caprificus ferociũ taurorum collo circumdata in tantum rapidam naturam compescat. vt immobiles prestet. Multa etiam Pli. li. xxiii.

l CVPRESSVS funebres. Cupressus diri sacra est & ideo funebri signo ad domos posita vt Pli. li. xxiii. scribit.

m ET vnctis turpis oua rane & c. Non rane oua. sed vncta rane sanguine. Rana enim infernũ & venenosum animal est. vt Iuuena. Et stygio ranas in gurgite terras. Tales etiam rane vulgo rubete dicuntur & magis venenose sunt. de quibus Iuue. ait. Ranarum viscera nunquam inspexi. & idem alibi. Miscet sitiente rubetã

n STIRGIS nocturne que nocturno tempore volant. de quibus Naso li. fast. vi. inter alia sic ait. Nocte volãt puerosque petunt nutricis egentes Et vitiant cunis corpora rapta suis.

o COLCHOS atque iberia. He regiones sibi coniuncte sunt in ponto prouincia ad septentrionem de quibus late ptolo. li. v. in ponto autem est prouentus malorum graminũ hinc Vir. in. b. has herbas atque hec ponto mihi lecta venena. Ipse dedit Moeris nascuntur plurima ponto.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0206
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg